Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cellaria innutrimento. ¶ Item quedam digestiua que sep-
at conueniens ab omni conuenienti in alimento
¶ Est retentiua que cibum tam diu retinet in u-
no loco donec debitam recipiat alteracionem.
¶ Est expulsiua que expellit quod superfluum est
in nutrimento. ¶ Sed ante has omnes est appetitiua.

De potenciis apprehensiuis et sensibus

a Anima sensibilis duplicem habet potenciam scilicet apprehen-
siuam et motiuam. ¶ Apprehensiua diuidi-
tur in apprehensiuam foris et apprehensiuam deintus
Vires apprehensiue deforis sunt quinque sensus par-
ticulares siue potencie exteriores anime sensibilis scilicet vi-
sus auditus etc. ¶ Vires autem apprehensiue deintus
sunt quinque potencie exteriores anime sensibilis que
sunt sensus communis ymaginacio. estimacio. fantasia. et
memoria. ¶ Tradunt pitagorici omnes istas
vires organicas esse et quod per instrumenta corporalia
suas operaciones perficiant. eo quod sint circa particularia
tamen omnis non forma particularis immaterialis aliqua est
quando forma forma sine omni materia fit accepta u-
tilis est esse quod operatur intellectus. ¶ Ista facile est in-
de insensibilibus particularibus quando illi non apprehen-
dunt nisi preter sensibilis primo presenciam.
¶ De uirtutibus autem interioribus que sunt yma-
ginacio estimacio fantasia idem est. quando nullis
omnibus est apprehensio forme. singulis sicut per
accidens eius et liniamenta et quantitate. ¶ Omnes
iste potencie passiue sunt et patiuntur a formis
et indiuiduis que sunt principalia cognicionis
sensibilis. ¶ Sciendum preterea quod nulla potencia
apprehensiua sensibilis retinet id quod apprehendit
immo quod una apprehendit alia retinet. ¶ No-
tandum est etiam quod alia est uirtus que bene retinet
et alia que bene recipit. ¶ Illa que retinet psia